

caelestem uitā ducēs. Quid **q**, **b**, ipsū in, u. uocalem euphoniae uel differentiae cā trāsire dī: ut aufero pro abfero; ne si cum duplicato; ff. scribatur affero; ex ad & fero cōpositum credat: Vñ & in p̄terito re assumit. **b**, & facit abstuli. Aufugio pro abfugio ut in sequentibus latius uidebimus. Verum sequente **f**, solet ēt. **b**, in ip̄m, **f**, transire: ut officio sufficio, suffio. Item sequente, **c**, transit: ut occurro succurro; similiter **i**, **g**, ut suggero, in, **m**, ut summito, etiam aliqñ, **m**, nō sequente: ut globus glomus, in, **p**, ut nubo nupsi; scribo scripsi. Nam quā analogia per, **b**, ēt in p̄terito cogit scribere: euphonia tñ **Pl**, auctore superat: quā ēt nuptam nō nubtā & scriptū nō scribtū **p**, **p**, & nō **p**, **b**, dicere & scribere compellit. Vnde teste Prisciano in, ix, **b**, añ, **s**, uel ante, **t**, in principio syllabae: hoc est & in eadem syllaba inueniri nō pōt quē admodū &, **p**, posse dicimus: ut ipse aprus. Nāq; obtineo; absōus; abstinens & similia; nō in principio eiusdē syllabae habēt cōiunctas; **b**, & **s**, uel **b**, & **t**, cū p̄positio ab uel absa syllaba sequentis dictionis separentur. At in nubo uel scribo cū, **b**, sequentis sit syllabae necessario in, **p**, cōmutari debet: & eorū participia: ut nuptus scriptus atq; ex his deriuata nomina: ut scriptor & nuptiae: quā sane euphoniā grāci obseruantissime seruauerunt: ut  $\lambda\epsilon\iota\beta\omega$ : quod in p̄terito actiui, **b**, in, **p**, ante, **s**, cōmutat &  $\lambda\epsilon\lambda\epsilon\iota\psi\alpha$  facit. Similiter sequēte, **t**, ut in p̄terito passiui  $\lambda\epsilon\lambda\epsilon\iota\pi\tau\alpha\iota$ . Trāsit etiā, **b**, **i**, **r**, ut surripio, arripio; in, **s**, ut iubeo iussi. At subsequor cū, **b**, scribit: ut cōpositio ip̄a cōprobat: quā ē ex sub & sequor. Suspicio uero & suspicio qñ & suscipio: sustuli nō scribunt cū, **b**, nec duplicāt, **s**, qā teste Probo a susū uel rursus ad uerbo sūt cōp̄sita: nec potest duplicari consonans alia subsequente consonante: nisi sit muta ante liquidam ut supplex.

#### DE Littera, C.

Littera muta est: & exilis omnino seu lenis: qā nihil p̄sus aspiratiōis i se cōtinet: mutatq; i uariatiōibus tēporū: ut paulo post uidebimus: qñ & ante, **n**, sequēte uocali i eadē syllaba ponitur: ut Praxitelesq; cnidi rursus te marmore signet Pulchra uenus: quā sit nobilis ipsa cnidos: ut latius in sequentibus ostendemus: profertur tamen sub uoce ipsius, **g**, ob cognationē litterarū: quē admodū uidebimus quum de illa tractabimus: Vt & modo consimili Cneus; & Caius cum, **c**, scribi debent: quā teste Seruio in uoce ip̄ius, **g**, proferre habemus: quāq; prima cum, **c**, sequente, **n**, tantū modō consueuit: uidelicet, **Cn**. Secunda uero teste Quintiliano sola, **c**, littera signat: quā ut ait in uersa mulierē declarat: qā tam Caias esse uocatas q̄ Caios ex nuptialibus sacris apparet. Sane hanc scripturam in antiquis sepulchris nos saepe conspeximus: ut de Caio primum scriptū cōperimus, **C**, **MARIVS**, **C**, **F**, **COS**, **VII**, **PR**, **PL**. Itē d̄ Caia; **SEX**, **ROSCIVS**, **CL**, **AEROS**, **SIBI**, **ET**, **LVCERIAE**, **CONLIBERTAE**, **SVAE**, **FECIT**. Item in alio in **lo**, **V**: **ABVRJAE**, **C**, **L**, **FELICVLAE**, **F**, & reliqua. Quod aliquando non obseruatum fuisse & **CAIAM**: ut Caium; **c**, littera signari comperimus: ut alio in loco, **C**, **ENNAE**, **P**, **R**, **VBRIVS**, **CELER**, **VXORI**, **CAR**, **PIENTISSIME**, **CVM** **QUA**, **VIX**, **AN** **XXXIII**, **MENS**, **VIII**, **SINE** **QUERELA**, **B**, **M**, **P**, **OPTO** **VALEAS**, **Q**, **VILEGIS**. Vñ ut sapissime conspiciamus consul, cū, **e**, sequente & **o**, & **s**, signabat: hoc est duabus sequentibus litteris; & absq; **n**, uidelicet, **Cos**, ita ut si **n**, interpositū fuisset: consules in plurali notarent: uidelicet: **CONS** sed hāc hactenus: sane transit, **c**, p̄ cōpositiōes & deriuatiōes in alias consonantes, in, **g**, ut quadrigenti p̄ quatricenti: & reliqua: quā a centū cū, **n**, añ, **c**, simili mō cōponunt: adeo q; ubi deest, **n**, ipsum, **c**, integrū semp̄ maneat: ut ducenti: trecenti: secenti: sexcenti: licet scilicet sit singula libra cum dimidia: ut in dictione talentum uidebimus in, **x**, ut dico dixi: duco duxi noceo noxa noxius, in, **s**, ut parco parsi: quin & peperci.

#### DE Littera, D:

Littera muta est: & media inter, **t**, exile & **th**, aspiratum: quare nec penitus caret aspiratiōe: nec eā plenam possidet: quin & pro, **th**, aspirato quādoq; a nostris transfertur: ut  $\theta\epsilon\omicron\sigma$  q̄q; alii  $\delta\epsilon\omicron\mu\alpha\iota$  quod est timeo deduci uelint: ut in dictione deus uidebimus. Sane ipsū, **d**, mutationes ab auctoribus nostris accepit diuersas. & aliquando quidem in, **b**, conuersū fuit. & quod olim duellum: nos iā bellū dicimus, Iuuenalis in satyra: Galeatum sero duelli Poenitet. Vnde uarro libro, iii, de origine linguā latinā p̄ duelles inquit dicunt hostes: ut perfecit sic perduellū, id postea bellū: & pergit: & ab eadē causa facta duellona bellona. Quintilianus etiam inquit in primo duellos quidem dicere bellos ausi sunt. Item si componatur ad cum dictione incipiente, **a**, **c**, conuertitur: ut accedo; accessus accessio Accuso ex ad & causo: ut in sequentibus latius apparebit. item cum dictione incipiente, **a**, **q**, mutat, **d**, in, **c**, ut acquiro ex ad & quæro: fuit etiam, **d**, in, **c**, conuersū in ea dictione quicquid: cuius quarta teste **Quin**; **c**, litteram exposcit: ne, **s**, bis interrogare uideremur: ex quo etiam quicq; cū, **c**, scribendum puto: ne si **d**, scriberetur: modo consimili quid sit quā interrogare uideamur. Item si componatur ad cum dictione incipiente ab, **f**, transit, **d**, in aliud, **f**, ut ex ad & factus affectus. Item in, **g**, ut, ex ad & gero aggero. Itē in, **l**, ut allido. De quibus latius in sequentibus apparebit: Nonnunq; uero & absq; cōpositione p̄positionis fuit, **d**, mutatū in, **l**. Nam a sedeo olim sedda dicebatur quā nunc sella dicitur: in, **r**, similiter p̄ cōpositionem p̄positionis ad commutatur ipsum, **d**, ut arrideo. **Quin** & absq; cōpositione eius p̄positionis fuit aliquando teste Varrone commutatum in, **r**. Vnde ait libro, iii, de origine linguā latinā meri dies ab eo quod est medius dies, **d**, antiqui non, **r**, in hoc dicebant: ut præneste incisū in solario uidi: hoc est in horologio: qd̄ ex sole signabat. Nonnunq; etiā Papyriano teste libro tertio de orthographia consueuerunt antiqui nostri pro ad p̄positione cū, **d**, ar cum, **r**, apponere. Dicebātq; aruenas ubi nos aduēas: aruocatos p̄ aduocatos: arfines p̄ ad fines: aruolare pro aduolare: arfari p̄ adfari: aruētores p̄ aduētores. Vnde Prisciano teste ostenditur recte arcesso dici ab arcio uerbo quod nūc actio dicimus: quod est ex ad & cio cōpositū. **Quin** & arger quoq; pro agger dicebant. Interponitur, **d**: etiā